The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Consciencia z

cum fontibus primis

Mala consciencia sepe tuta est, secura nunquam.

Nam
mala conscientia saepe tuta est, secura numquam.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prov.14 (E. Woelfflin ed., p.91).

Itaque nichil ei commiseris,
nisi quod amico committere possis.

Tu quidem ita vive ut nihil tibi committas
nisi quod committere etiam inimico tuo possis;
sed quia interveniunt quaedam
quae consuetudo fecit arcana,
cum amico omnes curas,
omnes cogitationes tuas misce.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 3.3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.4, ll.18-21).

Plerique famam,
conscienciam autem pauci uerentur.

Seneca ibidem (libro de moribus).

Plerique famam,
conscientiam pauci verentur.

Publilius Syrus, *Sententiae*, prov.57 (E. Woelfflin ed., p.97).